




RECUEIL
DE
VERS

DE L'ONN
E







UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sibil

SU

Cote


U 65 in-4

1153320433



H. F. u. 65.

~~D. X. 58.~~



N. II. 55 pièces

titre

Recueil

de

vers

de l'Université

E

à relier en veau

Table générale des pièces contenues Dans ce Volume

1. Du Boulay (P.E.) Illustriss. archiepiscopo Paris. restitutam in integrum salutem gratulatur.
2. Cathedra Roennex ab Jo. Roenno, Rotomagensi, nuper Lutetiae fundata, ed uno in collegio sodalitiq; Sorbonae locata ad Splendidiss. Pic. Viridum.
3. Lenglet (de) Regiae musae Sereniss. Delphino Xerium.
4. Lignières (de) De triumphali regis ed reginae ingressu in Urbem Oratio panegyrica.
5. Sonnet à l'occasion du Panegyrique du Roy, prononcé par le recteur de l'Université de Paris, sur les rimes proposées par l'Académie de Choloze.
6. Lenglet (de) Illustriss. Ludovico Phelypeaux de Pontchartrain Carmen.
7. is Magistri Antonii Baingues Bellovacii academici Parisiensis Apotheosis.
8. is In librum Joannis Quintinii De Cultu hortorum ex Gallico C. Perrault.
9. Illustriss. Viro Joan. Bapt. Colbert Schola Harcuriana Suplex.
10. Brodeau (J.S.) Ad Illustr. abbatem Lud. Claudium De la Chastre, cum Theses philosophicas propugnaret. Ode.
11. Herson. M. & Sereniss. principi F. A. abbati a Lotharingia theses philosophicas defendenti Carmen.
12. Fleury (J.) ad Illustriss. abbatem h. C. Du Cambout de Coislin theses philosophicas pro laurea artium in Regia Navarra defendentem 1682. Ode.
13. Dufour (G.) Illustriss. viro M. Le Cellier cum nobiliss. ejus ex filia nepos L. d'Aumond de Villeguier Theses philosophicas propugnaret in collegio Harcuriano. Ode.
14. Huillard (J.) Luxemburgica ed ultima expeditio
15. Cornbard (A.L.) Lessus in Obitum M. Le Cellier.
16. Rollin (C.) ad Illustriss. Virum F. M. Le Cellier Marchionem de Louvois cum ejus filius Camillus de Louvois, de Theocrito responderet Carmen.
- 16^{bis} Bosquillon Imitation des français de la pièce ci-dessus.
17. Lengletius Ad Musam; cum J. Juvenius ad gratulandum ecclesiae Parisiensi de pastore novo eleganti carmine invitaret. Ode.
18. Lenglet (de) Regi anglorum Jacobo Carmen.
19. Matthieu L. Magnanimo heroi Luxemburgensi duci, novam expeditionem Belgicam meditante Victoriae Vaticinium.
20. Rollin (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois cum Theses philosophicas tueretur.
- 20 Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la Theses qu'il dédie au Roy. Imitation des Vers latins de M. Rollin. Carmen.

21. Rollin. (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois, in tabulam ab eo regi dedicatam,
cum theses philosophicas tueretur. Carmen.
- 21^{bis} Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la thèse ~~qui~~ dédiée au Roy, Imitation des Vers latins
de m. Rollin
22. Mourain (H.) Ludovico Magno, cum ei post expugnatum Namurcum illustriss. abbas C.
Le Cellier de Louvois, theses philosophicas dedicaret. Ode.
23. de Bailly. (L.) Illustriss. henrico Feydeau de Bron, carmen panegyricum.
24. Couvilllard de Laval. (J.) Musae Marchionae Doctiss. et clariss. D. Joan. Couture hendecasyllabi.
25. H. L. In Ludovici magni orationem panegyricam quam dicebat Alexius Artus. Carmen.
26. Ogervias (Dom Jer.) Traduction d'un poëme latin fait à la gloire d'Armand Gaston abbé de Rohan
de Loubisse à l'occasion du panegyrique de Louis le Grand par Firot.
27. us En second exemplaire.
28. Lenglet (de) Montes expugnati.
29. Firot. Clarissimo Viro Jacobo Leullier Carmen.
30. Firot Ornatisimo Claudio Leullier carmen.
31. us Doctissimo et ornatisimo Viro C. Rollin carmen.
32. C. F. S. Clarissimo Viro D. J. Couvilllard phalencus.
33. Firot. Clarissimo Viro D. D. Salomoni Trioux. Carmen.
34. Ecclesia parisiensis catulaunensem ecclesiam solatur de adempto praesule
querentem. Elegia.
35. Ad illustriss. L. A. de Noailles. Ode.
36. Symbolum heroicum.
37. Catulaunensis ecclesiae querelae post evectum ad sedem parisiensem illustriss.
L. Ant. de Noailles. Elegia.
38. Pestel (C.) Saeculi ultimi prosopopoeia.
39. us La description du dernier siècle.
40. us Jacobo Secundo Magnae Britanniae regi Mausoleum.
41. id Ekreni.
42. us In obitum sereniss. Philippi Borbonii aurelianensium ducis epigramma.
43. us Ad sereniss. principem D. Franciscum Rakotzy Dynastem Daciae, Carmen.
44. us D. O. M. Rhythmus.
45. us Ad nobilem et eruditum abbatem Petrum de Berulle cum publicas ac
universa philosophia theses propugnaret in Cardinalitio, Ode.
46. us In Statuam regiam equestrem epigraphae.
47. us Ad Rectorem. Ode.

48. L. R. E. D. Orangius dictis, factisque Cassus. Ee gallico Seraphini Regnieris.
 49. Reverendiss. Car. Franc. Maurino. Ode.
 50. In Miserrum grammaticum cui efflagitanti sua divina opera erudita, tersa, polita, aurea dederat D. D. Nicolaus Boileau Despreaux. Variorum epigrammata.
 51. In reditum Philippi V ad Hispanias. Ode.
 52. Pestel. (P.) ad Illustriss. Virum D. Nicolaum Desmaretz cum nobiliss. abbas Petrus Desmaretz ejus filius theses philosophicas palam propugnaret. Carmen
 53. us ad Illustriss. Virum D. Nicolaum Desmaretz, cum nobilis et eruditus abbas Petrus Desmaretz ejus filius publicas de universa philosophia theses propugnaret in Cardinalio. Dialogus philosophia, Rhetorica Trama.
 54. us
 55. us Triumphus astreae, seu mariae Adelaidis augustae pacificae in Galliam adventus. Ecloga.





N. 11. 40

JACOBO SECUNDO MAGNÆ BRITANNIÆ REGI MAUSOLEUM.

TUMULUS hic instar trophæi est.

Hic vitæ vices potius, quàm mortis imaginem stupeas.

Nusquam mobilior fortuna: nusquam firmior virtus.

Defunctus Heros adhuc loquitur Victoriâ.

Fabula Geryonem, Veritas Trismegistum

Diceret.

Magnus imperio, constantiâ major, religione maximus

In se prius, quàm in suos dominatus est.

Fide

Obedivit ut Abraham: ut David imperavit.

Britannicæ Coronæ rosam delibavit tantum;

Spinæ persensit omnes.

Nactus est ea tempora,

Quæ virtutem summam ex summâ rerum difficultate excitarent.

Sic aurum in fornace, sic è silice flamma

Emicat.

Puer laborem ex patre,

Adolescens gloriam sub Condæo, Turennoque didicit:

Vir exemplum utriusque exhibuit.

Dolorem infandum renovem imprudens? ignavusne fallam?

Perempto Carolo I. hoc iniquius, quod juridicè,

Filiorum alter triduo intra stipitem delituit,

Quasi in cete Jonas:

Alter mentitâ veste, integer animi semper

Evasit.

O miseranda Regum felicitas,

Quæis Curia cura, solium solum!

Scilicet purpura fucus, fasces insidiæ, diadema vinculum est.

Bataille de
Hedgehil, où
le jeune Prince
à l'âge de neuf
ans s'est trou-
vé aux côtez
du Roy son
pere.

Le Prince de
Galles, & le
Duc d'York.

Journée des
Dunes.
Secours d'Ar-
ras.
Batailles d'Es-
tampes, Ville-
neuve, Saint
Antoine.



2
Profugo Jacobo

Tum primùm Gallia extitit & asyllum calamitatis,

Et fortitudinis theatrum.

Pacatà sensim rebellionum procella,

Lux æquitatis affulget.

Carolo II. Regnum vindicatur; Regno Majestas:

Et conjurat amicè cum populo Rex, cum Rege frater.

Jacobus

Oceani una formido, insularum altera spes audiit.

Hostes vincere, devincire Cives;

Maria triumphis, terras famà celebrare.

Ut Marte pelagum,

Sic pelago sæviores seditionum æstus

Arte domuit.

Interea

Pium fidelemque Principis animum

Non oscula blandientis fortunæ, non fascinatio nugacitatis

Obscuravit.

Quasi arcus inter nebulas gloriæ Jacobus:

Quasi arca in diluvio errorum Jacobi ædes.

Periclitante ob religionem hæreditatis jure,

Illam hujus dispendio servare Dux audet.

Stuarti hæredem, cohæredem autem Christi

Minæ alacrem, ruinæ impavidum feriant.

Demum

Rite conversus ita confirmat fratrem,

Ut abditum fidei semen, grano moriente, prodierit.

Jacobo II. ad thronum evecto,

Regnavit simul assistrix sedium Supernarum sapientia:

Simul Justitia perduellium ruinis insurrexit.

Jam non gratiam in servitute, non veritatem in injustitiâ retinens

Religionem in Regni partem advocavit.

Sacrilega altaria, & Pseudoprophetas impugnat

Josias alter.

Sed unde Regni salus oritur, inde Regis exitium.

Déroute de la
flotte Hollan-
doise, où le
General Ob-
dam perit avec
20. vaisseaux
de guerre.

Révolte des
Presbytériens,
& Fanatiques
en Ecosse, ap-
paisée.

Arrest du Par-
lement d'An-
gleterre, con-
tre le Duc
d'York Catho-
lique.

Mort Catho-
lique du Roy
Charles II.

Le Duc
d'York, Grand
Amiral d'An-
gleterre.

Bataille de
Stolbay, où fut
défaite l'armée
navale des
Hollandois,
commandée
par l'Amiral
Ruyter.

Défaite du
Comte d'Ar-
gile & du Duc
de Mont-
mouth, rebel-
les.

Ea sors Britanni toto divisi orbe;

Immò à seipso.

Reipublicæ nomen obtendente licentiâ,

Degener in Socerum rebellat Gener,

Vir qui religiones colebat omnes, vix Deum ullum;

Si cupiditatem excipias.

Rursus hospita gremium aperuit Gallia,

Quæ & libertatem Gentibus, & Regibus Majestatem asserit.

Major-ne Regis protecti spes, an protegentis laus,

Non liquet.

Sed quis novit sensum Domini?

Immò quis nescit prudentiam reprobari, ut probetur fides?

Profanis Sanctuarium, Philistæo incircumciso Israellem tradere

Visum Superis.

I nunc;

Aude consilia ex eventu, virtutem ex fortunâ metiri.

Sic ludens in orbe terrarum Sapiencia imis summa mutat;

Effert quos auferat.

Regit animi magnitudinem

Non proditio Absalonis, non Semei obtrectatio,

Non Amalecis invidia frangunt.

Virum sortis alienæ miserentem, suæ securum,

Extorrem patriâ sede, secum habitantem semper

Nihil separat à charitate Christi.

Certus cursum bravio coronare egregius exul

Tranquillum intra cordis latebras Regnum constituit;

Quo caro spiritui, spiritus uni Deo serviret.

Quæ taceo pietatis mysteria, vidistis religiosæ animæ,

Et propè invidistis.

In illâ solitudine, immò Angelorum coloniâ,

Se Rex infra omnes abjicit, omnia infrâ se.

Hic ignem ne magis concepit charitas, an reflexit?

Innocentiæ-ne florem mirer, an pœnitentiæ fructum?

Singula enumerare, Cœlitum est:

Remunerare, tuum, ô Deus, virtutis absconditæ autor & merces.

*Nam quid restat, nisi ut Defensor Fidei æternum regnet,
Qui per Fidem Regna vicit?*

*Quid, nisi ut Thronos inter & Dominationes sedeat,
Qui sceptro contempto, sustinuit Crucem?*

Fas saturatum opprobriis Principem torrente voluptatis inebriari.

Fas proscriptum in terris inscribi in libro vitæ.

Ad perfectam viri apotheosim,

Si majus aliquid vitæ sanctimoniâ desideres,

Mortem attende miraculis claram:

Si quid miraculis ipsis præclarius;

Vitam.

Quia terras reliquit Astræa;

Jacobus moriens Guillelmum provocavit ad Superos.

Socer fatum obiit; Gener vadimonium:

Quàm variâ sorte, videris.

Epitaphium habes, Viator, non Epitaphium;

Heroibus Christianis sic parentatur.

Si quis hîc lachrymis locus, Regni vicem dole, non Regis:

Si precibus; via ut quod David cepit ædificare templum Domini,

Salomon hæres possit consummare.

Amen.

EBAT PETRUS PESTEL, Eloquentiæ Professor
in Cardinalitio.

Permis d'imprimer. Fait ce 15. Mars 1703.

M. R. DE VOYER D'ARGENSON.

P A R I S I I S,

Apud JACOBUM QUILLAU, Typographum-Juratum.
Librarium Universitatis, in viâ vulgò dictâ
Galande.

M D C C I I I.